Quelle:
Copyright:



2

Ejus lib: IV Sentent: versificatq.

88a – 214b

Ejusdem liber quartus Sententiarum verificatus. Incipit: "Sacramenta docent, exercent atque timorem Pellunt, in verbis et rebus perficiuntur."

3

Joañ: de Deo Apparat: metric: super arbore decretorum.

215b – 216a

Joannis de Deo Hispani, Doctoris Bononiensis Apparatus metricus super arbore consanguinitatis decretorum. Initium est: "Metam dat rigor, hancque dispensatio laxat." De hoc Apparatu Joannes Andreae apud Nic: Antonium in Bibl. Hisp: vet: libr: 8. c. 3 p. 45. ait: "Initio circa lecturam arboris diversis olim diversum modum tenentibus, Joannes de Deo Hispanus post illos lecturae illius arboris novum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus est aperire. Sed propter multitudinem regularum, et versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, et aliis ignotum ignotius reddidit." De Authore vide Codic: LXXIIX. n: 3.

In fine cod: legitur: "Explicit quartus liber Sententiarum magistri Petri Longobardi per manus Bartholomei de Rumberk ad voluntatem domini Symonis de Kocor."